

8 seu fundus relicet. Unde cum in facti specie agatur de tertia fideicommissi et jus universale importantis, Peregr. de fideicom. art. 5, nu. 26, et 28, Fusar. de substit. q. 268, n. 7, et seqq. consequens ideo fit ut ex tertia fideicommissi ad nostrum stipitem obvoluta argui non posse videatur ad totius fideicommissi relevium.

9 Cui tamen objecto facillime occurratur ponderando nos non versari in terminis mox dictis nisi sub distinctione, ex quota enim nimirum tertia bonorum inter majores divisorum ad nos obvoluta modo jure contraventionis cum fructibus stabilia dumtaxat in loco Rubechi existentia ac in divisione inita inter Comites de Soranea attinguntur absque eo, quod quicquam in hac parte circa jura, actiones, & mobilia deducatur; Quapropter nos versari in re particulari et non ambigitur, Peregr. decis. Patavin. 96, nu. 7, et de fideicom. art. 5, nu. 43. Rot. decis. 83, nu. 14, et seq. part. 9, tom. 1, recent. Fusar. de substit. quest. 268, num. 4.

10 Unde cum in assignanda portione fideicommissi Galeaz. à quo causam habeo seu magis bonorum in divisione contentorum incertitudo ex sententia canonizante fideicommissum, & illius purificationem in universum resultans ad certitudinem quotæ nimirum tertiæ, prævia æstimatione bonorum, ac totius corporis stabilitum redacta extitit, usque adeo ut negari non possit, quin ex combinatione istius tertiæ, et ac illius valoris quid & quantum pro aliis duabus tertiis eorumdem bonorum divisionis fideicommissum suppositorum capiatur, Dec. dicto consil. 226, nu. 6, in fine, et nu. 7. Paris. consil. 55, sub n. 1, vers. et possessio, ubi quod ex divisione resultat certitudo quotæ ac totius bonorum, et consil. 61, ex n. 9, ad 14, lib. 1, Bero. consil. 159, sub n. 9, vers. Præterea opinio lib. 1, Corn. consil. 110, sub n. 18, vers. Donec appareret lib. 2. Surd. consil. 168, sub num. 50, vers. Et doctrina Jasonis posset procedere. Gozadin. consil. 55, num. 5, et seq. et inevitabili ratione concludit Merlin. de legit. lib. 3, tit. 2, quest. 24, num. 32. Rot. decis. 130, num. 8, et seq. part. 5, et decis. 354, nu. 25, et 26, et dicta decis. 379, n. 5, et 6, part. 9, tom. 2, recent. et dixi in altera nu. 17. Identitas * ergo bonorum ac status fideicommissi ex divisione in quotas tres scilicet partes juncta illorum æstimatione inconcussa redditur, ut præter adductos optimè ratioconatur Giovagn. consil. 4, sub n. 11, vers. Secundo etiam si, et seq. lib. 2. Rot. relegendi decis. 159, n. 2, et seq. part. 2, divers. et in Avenionen. legitime 22, Aprilis 1654, §. neque juret Peutingero, et prius 17. Novembris 1650, §. nos versamur coram eodem, et 30. Aprilis 1653, §. legatum in fine.

11 Nec incertitudinem impeditivam immisionis in possessionem occupatorum per D. Comitissam de Martinengis impedire potest præsentio omni jure subsistens, quam habeo præter contenta in divisione consequi ulterius, seu imputari in deductiones, jura, actiones, debitorum nomina

12 ac mobilia * cum deteriorationibus culpâ gravatorum secutus, siquidem ex simul junctis addito inventarii defectu, tam ad præjudicium ipsorum, quam cujuscumque possidentis consumptionem omnimodam deductionum inducunt Rot. decis. 126, num. 28, et 29, et decis. 163, nu. 7, part. 7, et decis. 93, numer. 6, et seq. part. 8, et decis. 248, n. 16, et seq. part. 9, tom. 1, recent. Royas dec. 53, num. 6, et seq. et dixi in altera incipiente, Non me præterit, in fine, et in alia num. 24, et 25, eadem Rot. videnda apud Merlin. de legit. decis. 203,

nu. 1, 2, et 3, ubi quod confitit de alienationibus et anterioribus prout in facti specie liquet, insufficientiam tertius bonorum occupator probare teneatur.

CAPUT XXXV.
SUMMARIUM.

- 1 Falcidia detrahitur ex legatis alimentorum divitibus relictiis. Non detrahitur à legatis pauperibus per interpositas personas relictiis num. 2. Ex doctrina causa mortis detrahatur num. 4. Detrahatur ex legatis non exemptis per Testatorem num. 5. Secus si exemptio procedat à jure numero 6.
- 3 Donatio causa mortis se habet ad instar legati.

Circa falcidiam ex legatis potissimum piis & alimentorum plura dixi cap. 9, nunc verò animadvertendum succedit, quod etiam tunc subjungebam falcidiam et detrahi ex legatis alimentorum, quando divitibus relinquantur, in quibus terminis procedit Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 43, nu. 32. Quemadmodum à legatis etiam mediata, et per interpositas personas * pauperibus relictiis falcidia non detrahatur, prout annotavimus ad cap. 9, §. istud autem, et tunc adductis addo Arias de Mesa var. resol. lib. 3, cap. 7, num. 7, subjungens ex fideicommissio pauperibus sub conditione dato hæredem falcidiam detrahere tanquam ex legato privato pure relicto etiam si legatarius sub conditione gravatus sit pauperibus restituere, Bellon. de jur. accrescen. cap. 6, quest. 4, num. 11, et seq. ubi falcidia, quæ de legatis piis non detrahatur, non gravet ad legata non pia, sed tantò minus pro illa consequatur hæres. Tondut. resolut. civil. cap. 73, num. 1, et 2, ubi quod si legatum pium factum fuerit ad certum, et determinatum opus vel ad certam causam, quæ executioni posset mandari etiam facta detractio falcidiæ, detractio non impediretur.

Ad instar legatorum cum se habeat donatio et causa mortis l. cum pater 79, §. 1, ff. de legat. 2, cum aliis juribus cumulatis per Dexart. decis. 26, numero 5, et 6. Sanchez consil. moral. lib. 4, tit. 1, quest. 13, num. 2. Ideò non minus ex ipsa, et quam ex legatis detrahatur falcidia l. Seia 42, ff. de donat. causa mortis, et notant Doctores ad dictam l. pater 79, §. 1, ff. de legat. 2. Dexart. decis. 26, num. 2, 5, et 6, ac per totam Bellon. de jure accrescen. cap. 6, quest. 22, nu. 15. Hodiern. contr. 35, n. 10, et 52, Sanchez consil. moral. lib. 4, cap. 1, dicto dub. 13, num. 3.

Ubi ex dispositione Testatoris aliqua legata eximuntur à falcidia, id non cedit ad onus hæredis, et ex quo integra detractio fit ex legatis à falcidia per Testatorem. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 4, tit. 14, n. 24. Gratian. discept. 59, n. 1, et 7, Peregr. de fideicom. art. 4, n. 3, Bellon. de jure accrescen. cap. 6, qu. 4, nu. 17, Tondut. resolut. civil. 73, n. 14. Secus autem quando falcidia non detrahatur tanquam à jure privilegiatis, et quia tunc non cedit damno aliorum legatariorum, sed solius hæredis, ut optimè distinguunt Peregr. de fideicom. art. 4, num. 31, Gratian. discept. forens. 59, nu. 6, in fine, et 7, Mart. de success. legal. qu. 28, art. 2, num. 24, et 25, Jo. Ant. Bellon. de jur. accrescen. cap. 6, qu. 4, n. 6, et seq. et Tondut. resolut. civil. 73,

num. 10, et num. 13. ubi concludit quod causa pia hæres instituta non detrahat Falcidiam de legatis piis, circa quod videnda sunt, quæ annotavimus supra ad Cap. IX. et per Rotam in Romana hæreditatis de Gratianis 26. Junii 1651, numero 10. Bichio.

CAPUT XXXVI.
SUMMARIUM.

- 1 Dos ex fideicommissio ascendentium utriusque sexus constituitur, et respectivè restituitur. Amplius ut numero 13. De fideicommissio per transversales instituto detrahi non potest numero 5. Declara ut numero 6. Mortuo marito revertitur ad patrem numero 11. Tradita ex fideicommissio prævia æstimatione restituitur valore fideicommissariis illam recuperat numero 12.
- 2 Fideicommissi ascendentium bona alienari possunt pro alimentis.
- 3 Fœmina non habens alia bona fideicommissum in dotem tradere potest. Declara ut numero 4.
- 7 Testator si mandat dotes constitui super fideicommissio intelligitur in subsidium.
- 8 Bona libera non extare mulier agens ad dotem probare tenetur. Limita ut numero 9. Fideicommissi semel alienata amplius non incidunt in fideicommissum num. 10.
- 14 Majoratus bona pro dote assignantur si accedat assensus regius.

Bona fideicommissio per ascendentes utriusque sexus tam pro constituendis * dotibus scemina descendentes, quam restituendis per masculos receptis subordinatè à masculis ad fœminas, et in subsidium alienari posse in contraversionem revocari nequit ex traditis recentioribus congestis per nos allegat. 4, et ibi Rot. num. 1, fol. 74, lib. 1, et allegat. 64, numer. 5, lib. 2, et allegat. 25, num. 4, et allegat. 28, numero 4, et per totam, ubi bene declaratur, et allegat. 30, num. 8, et ubi pariter expulatur, et allegat. 41, num. 2, et seq. et allegat. 84, num. 6, lib. 3, Spad. consil. 217, num. 2, et consil. 218, num. 7, et 8, lib. 2. A Cost. de privileg. credit. regul. 1, ampliatur. 3, ex num. 51, usque ad 72. Hodiern. contr. 9, per totam, ubi quando dos unius ex fideicommissariis detrahi possit ex toto fideicommissio. Camarat. resolut. 44, art. 2, num. 22, et seqq. Giurb. observ. 89, num. 1, et seq. et num. 19, ac per totam. Altograd. consil. 60, num. 84, lib. 1. Rot. coram Eminentissimo Otlob. decis. 43, per tot. Ubi istud procedere inquit, sive non extant bona, sive litibus aut aliter implicita reperiantur, et decis. 71, n. 1, et seq. ubi quod si non extant bona mariti, et ejus ascendentium dos restitui debet ex bonis focus fideicommissio suppositis, et dec. 78, n. 15, et seq. ubi mulier ante regressum ad fideicommissio subjecta pro ejus dote teneatur prius excutere libera, dummodò litibus involuta non existant, et decis. 237, nu. 1, et 2. Tondut. var. resolut. 180, per totam part. 2. Cigal. de act. §. fuerat antea 21, num. 47, ubi non requiritur excussionem liberorum si in promptu non demonstrantur Joan. Baptista Silvati. consil. 19, num. 79, et 80, ubi quod bona fideicommissi assignata mulieri pro restitutione dotis transeat ad filios, et etiam hæredes extraneos. Rot. decis. 199, n. 10, 11, et 12, ubi quod subsidiaria probetur si fideicommissarius illam pro-

misit solvere ex fideicommissio part. 8, et decis. 40, n. 51, et seq. et decis. 174, n. 8, et 9, part. 9, tom. 1, decis. 438, n. 23, et seq. part. 9, tom. 2, recent. infinitos recensendo optimè declarat Rub. decis. 150, in annot. ex n. 1, et per tot. part. 9, tom. 1, recent. et in Avenionen. pecuniar. 5, Aprilis 1647, Verospio, et in Romana dotis de Lancellois 14, Junii 1655, §. nec suffragatur, et per totam super dubio principali, et in eadem, eodem die super restitutione in integrum §. injustitia autem coram Zarate, et latissime profequitur Auctor hic à n. 1, ad 15, et sub n. 20, 43, 48, 49, et 50, usque ad 56, et §. 1, n. 14, et 15, Rot. in Anconitana dotis 30, Maii 1650, Verospio.

Pari quoque ratione bona fideicommissi ascendentium alienari poterunt * pro alimentis descendentes fideicommissio gravatis, si aliunde ex quo possit recipere alimenta non habent. Seraphin. decis. 925, nu. 2. Coccin. decis. 104, nu. 3, Sperell. decis. 165, n. 57. Leoncill. de privileg. pauper. 18, n. 1, part. 2. Salgado in Labyrinth. credit. part. 1, c. 24, nu. 48, Rot. decis. 128, nu. 10, part. 5, recent. Hanc partem rejectâ contrariâ tuetur Auctor hic n. 16, et seq. et n. 19, ubi singulariter limitat quando gravatus legitimam & Trebellanicam male consumpsit, cujus opinionem post alios profertur Menoch. de arb. cas. 182, n. 54, et seqq. Sperell. dicta decis. 165, n. 61. Coccin. dict. decis. 104, n. 7. Leoncill. de privileg. pauper. 18, n. 16, et seq. part. 2, ubi tamen concludunt quod etiam tunc hæredi gravato subveniri debeat saltem per modum elemosynæ, A Cost. de privileg. credit. regul. 1, ampliatur. 3, sub n. 59, vers. distinguit inter alimenta. Censal. ad Peregr. de fideic. art. 42, concl. 3, fol. 283.

Si scemina descendens ex fideicommissante bona non habeat, nisi fideicommissio * supposita cum traditione illorum in dotem nubere poterit hic Auctor à n. 21, ad 30, animadvertit, cujus conclusionem sequitur Rota coram Royas decis. 117, n. 11, et decis. 153, nu. 4, et decis. 193, nu. 9. A Cost. de privileg. credit. regul. 1, ampliatur. 3, n. 64, Rot. decis. 438, n. 36, et seq. part. 9, tom. 2, recent. ubi n. 38, quod in dubio intentione subvertendi fideicommissum, Giurb. observ. 89, nu. 18, ubi quod si fructus non sufficiant, proprietas in dotem tradi, aut alienari valeat, etiam si Testator jussit dotes constitui aut restitui ex fructibus, et conducunt tradita per Auct. hic n. 43. Jo. Franc. Andr. contr. 141, nu. 24, cum animadversione tamen quod si non habet libera * pro dote congrua, et tunc ad fideicommissaria pro supplemento apponerentur manus, istud fieri intelligeretur quoad usumfructum, et spem suscipiendæ proles ad fideicommissum successuræ quemadmodum concludebam allegat. 41, n. 25, et 26, lib. 3, Rot. decis. 271, n. 6, part. 9, tom. 2, recent. et coram Royas decis. 153, n. 14, Rot. coram Eminentissimo Otlob. decis. 28, n. 35.

Ex fideicommissio per extraneos, seu transversales instituto dotes constituendæ, * aut restituendæ an detrahantur, quæri solet, et affirmativam teneatur adducti ab Authore hic nu. 31, et seq. et per nos allegat. 5, nu. 26, fol. 82, lib. 1, et allegat. 64, n. 25, lib. 3, Hodiern. dicta contr. 9, n. 10, et ad Surd. decis. 62, n. 19, Rot. decis. 438, n. 5, part. 9, tom. 2, recent. Quæ tamen communiter damnatur, et negativam præter hic adductos n. 30, sustinent plures apud nos, dict. alleg. 5, n. 28, et 29, fol. 83, lib. 1, Hodiern. contr. 9, n. 9, et per totam, et ad Surd. dict. decis. 62, n. 17, et 18, Rot. decis. 130, n. 4, apud Zacob. de Camer. obligat. et dicta decis. 438, n. 2, part. 9, tom. 2, recent. et in Auximana dotium 19, Junii 1651, in princ. et 27, Maii 1652, in princ. coram R. P. D. Albergato.

Si tamen frater, ac respectivè filius patre adhuc vivente recepta renunciazione bonorum fideicommissio transferenti obnoxiorum onus dotandi filias, et ac respectivè sorores assumpserit, tunc etiam de proprio dotare tenetur, etiam si sorores aliunde haberent ex quo dotes consequi possent ob præventivam eorundem bonorum restitutionem, ac intuitu commodi exinde percipiendi, non secus ac si ipse esset principalis debitor. Rot. apud Cenc. de cens. decis. 547. numer. 1. cum aliis in dicta Auximana dotium 19, Junii 1651, in princ. vers. Clara tamen, & 27, Maii 1652, in princ. vers. Sed ratione coram Alberгато.

7 Quemadmodum si Testator etiam extraneus foeminas dotari mandaret et in deficientiam liberorum, & sic in subsidium intelligeretur Petr. de fideicom. qu. 8, nu. 497, Molin. de Primog. lib. 4, cap. 7, n. 2, et ibi Addent. Peregr. de fideic. art. 42, sub nu. 76, Fular. consil. 117, nu. 2, et de substituit. 531, nu. 127, alios cumulat Redenasc. consil. 29, n. 108, et seq. Andreol. contror. 359, n. 4, et seq. Tanagl. de sac. Rot. Rom. Audit. fol. 83, nu. 9. Rot. decis. 77, nu. 7, vers. Quod procedit cum seq. part. 5, et decis. 49, n. 7, et seq. part. 6, recent. et apud Merlin. de pignor. et hypothec. decis. 31, n. 5, et decis. 28, n. 5, et decis. 140, n. 1, Beltram. ad Ludovif. decis. 543, n. 5, Ferentill. ad Buratt. decis. 641, n. 20, et in Romana Salviani de Casalibus 11, Martii 1643, coram Pentingero, et in Prænestina dotis 29, Novembris 1647, vers. Nam contraria opinio coram Eminentiss. Corrado, et in Bononien. fideicommissi 5, Decembris 1650, coram Celso §. nec refert impressa apud Censal. ad Peregr. de fideicom. decis. 43, nu. 7.

8 Onus probandi non extare libera mulieri pro restitutione, seu constitutione dotis et agenti ad fideicommissum regulariter spectare pro absolute habent plures hic relati nu. 46, quibus accedunt infiniti apud Rub. ad Rotam in annotatione decis. 150, nu. 35, usque ad 64, part. 9, tom. 1, recent. Quæ tamen opinio non procedit, quando jam mulier reperitur in possessione bonorum fideicommissi, et ut subjungit post alios Rub. ad prædictam decis. 150, nu. 140, et seq. usque ad 149, part. 29, tom. 1, recent. dixi allegat. 58, nu. 12, et allegat. 69, n. 6, lib. 2. Rot. in Interamen. fideicommissi 15, Martii 1647, §. quia cum coram Melio.

10 Alienatione autem fideicommissi pro dote restitutione semel et iuste facta et non amplius fideicommissio vincalatur. Rot. decis. 209, nu. 3, part. 1, et decis. 312, n. 46, part. 6, recent. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 3, cap. 4, nu. 27, et 28, Merlin. de legitim. lib. 3, tit. 1, quest. 9, nu. 48, in fine Royas decis. 117, nu. 34, et seq. et decis. 153, nu. 19, et seq. et decis. 193, nu. 17. Unde non videtur curandam quod Auctor hic anceps remaneat nu. 47, totum enim pendet ex forma constitutæ dotis super fideicommissio, num scilicet bona liberè, num verò cum onere fideicommissi tradantur ex mox citatis, et confert Rot. dicta decis. 438, nu. 49, et seq. et decis. 461, n. 5, ubi ampliat etiam ex matrimonio non supersint filii part. 9, tom. 2, recent. Nam quando morte viri solvitur matrimonium, dos ad patrem revertitur, et non ut fideicommissum reintegretur, sed ut eam conservet filia pro ulterioribus nuptiis, seu ejus filiis. Marefcot. var. resol. 69, nu. 34, et seq. lib. 2, in idem quoque coincidunt rationes, Fontanell. claus. 5, glos. 1, part. 2, ex n. 49, ubi nu. 58, quod dotis constitutio lege super fideicommissio permittente facta non retractetur,

11

sed pater effectus ditior fideicommissum reintegrare cogatur. Quomobrem si pater rem fideicommissio pretio aestimatam filia in dotem dederit, fideicommissarius et postea refuso valore illam recuperare poterit, sic enim utroque modo lex habet intentum, quod filia remanebat dotata. Peregr. de fideicom. art. 42, nu. 23, et 24, ubi ita bis judicatum concurrentibus bona fide, justitia aestimationis, et decis. Patavin. 96, nu. 1. et 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5, glos. 1, part. 2, nu. 64.

Militant, quæ diximus de regressu ad fideicommissa ascendentium pro constitutione, aut restitutione dotis descendentium ubi non adsint libera, ut istud procedat, etiam si Testator expressè in causam dotis alienationem prohibuerit. Quia adhuc dos constituenda aut restituenda non attentè prohibitione et detrahitur. Surd. dec. 62, 13 num. 11, et per totam, et ibi post alios Hodiern. n. 1. et 15. Fenson. ad statut. Urb. decis. 93, vers. Contrarium tamen. Idem Hodiern. contror. 9, num. 6, et seq. Giurb. observat. 89, nu. 8, Rot. coram Eminentissimo Othob. decis. 43, nu. 9, ubi quod similis prohibitio non teneat, Cammarat. decis. respons. 44, numero 27. et concluditur hoc cap. nu. 54, in fine.

Ad Hispanorum primogenia, seu majoratum bona, dispositionem aut. res quæ C. commun. de legat. ita denum et se extendi dicendum venit, quatenus agens ad dotem contra ipsa Regium assensum obtinuerit, ut late proseguitur Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 24, nu. 67, 68, et seq. et num. 130, et seq.

CAPUT XXXVI. §. I. SUMMARIUM

- 1 Assensus obligandi bona à Majoratu intelligitur in subsidium, declarata ut num. 2. In cessione juris ad feudum non requiritur num. 3. Contra num. 4.
- 5 Legitima non tam descendentibus, quam etiam ascendentibus jure naturali debetur. A Principe aut statuto in totum tolli potest num. 6.
- 7 Mater regulariter filias alere non tenetur. Si invito Patre filio alimenta tradit repetere non potest num. 8. In subsidium filios alere tenetur num. 9. Usque ad triennium filios alit maxime si non sit habilis num. 10.
- 11 Legatum à debitore creditori factum animo compensandi in dubio relictum censetur. Non censetur factum animo compensandi cum debito voluntario num. 12. Secus cum debito necessario num. 13.
- 14 Fructus à die litis contestate debentur. Amplia ut nu. 15. Sed contra num. 16, 17, 18. et 19. Amplia ut num. 20.

JAm diximus hoc capite majoratus bona, ut obligentur, aut alienentur Regis assensum requiri, modo autem subjungimus assensum hujusmodi concessum censeri in subsidium, et deficientibus liberis juxta traditionem et Auctoris hic numero 14, quod regulariter procedit: nam quando bona non veniunt efficaciter in obligatione nisi cum licentia, tunc sine alia expressione intelligitur data in subsidium tantum ex cumulatis per nos allegat. 28, num. 10.

n. 10. et allegat. 39, n. 24 lib. 2. Spad. conf. 49, n. 28. lib. 1. Rota in Mantuana dotis 6, Junii 1636. et 10, Junii 1637. Coccino. Crederem tamen quod si licentia ex post non accederet, hoc est, maioratu jà in esse deducto, sed in erectione ejusdem majoratus intercederet, quod tunc ulterior assensus non requireretur ad tradita per nos alleg. 26, n. 40. et seq. fol. 432. et 483, lib. 2. et alleg. 1, num. 10. et alleg. 28, n. 3, lib. 2.

3 Sed quæritur num vigore assensus habens facultatem regressus contra majoratum, vel aliam rem sine illo alienari prohibita jura hujusmodi ablit que novo assensu cedere valeat, in quo quidem articulo affirmativè respondet Marefcot. var. resolut. 40, per totum lib. 1. Sed contrariam opinionem uti veriorè, ac magis receptam tuerent Joa. Andr. Georg. in repetit. feud. capite 43, n. 24, Nig. de laudim. quest. 7, art. 7, n. 84, fol. 92, tomo 1, et late proseguitur A. Pont. de potestat. proreg. tit. 8, §. 11, ex num. 14. Capyc. Galeot. contr. 63, n. 14, lib. 2. Joan. Bapt. Biloch. conclus. feud. 100, n. 1. Antonin. de Marin. res. 28, n. 10, lib. 1, et resol. 61, n. 4, et per totam lib. 2. ubi ex professo reprobatur Marefcot. mox adductum, et dixi alleg. 44, num. 9, lib. 2.

5 Non minus ascendentibus, quàm descendēibus jure naturali debetur legitima, Altograd. conf. 56, n. 10. et conf. 57, n. 33, 56, ac per totum lib. 1, quem secutus sum alleg. 1, n. 94 lib. 2. Rota decis. 390, n. 21, part. 9, tomo 2, recent. Merlin. de legitimat. lib. 1, tit. 2, q. 12, n. 4, et lib. 3, tit. 1, q. 1, n. 1, 36, ac per totam in moderna impressione ubi etiā explicat qualiter respectu quantitatis, et actionis dicatur descendere à jure civili, ita ut non in totum à Principe, vel à statuto tolli possit nisi subsit causa veluti ut mater secundò numen facilis maritum inveniatur. Hodiern. ad l. hac edictali questione 7, nu. 22, et 23, et sic intelligi debet idem Hodiern. ad Surd. decis. 138, nu. 26, dum dixit legitimam per statutum minui, non autem in totum tolli causa scilicet non subsistente quod repetit Georg. Mund. conf. 10, n. 383, et 384 lib. 2, qua de re susus hoc capite tractatur n. 49, 67, 71, et 72.

7 Mater filios alere regulariter non tenetur, Franc. decis. 87, nu. 15, Andr. contror. 141, nu. 24, Cyriac. contror. 480, n. 15, ubi quod si mater de facto alimenta præstitisset ab herede patris illa repetat. Istud tamen recipit declarationem dummodò id non faciat invito patre, ac eo reclamante, tunc si mater penes se teneat filios, et alat, non repetit alimenta, ex eo quod gesserit negotium alterius contra ejus voluntatem. Cyriac. contror. 33, nu. 35, et 4, Sperell. dec. 138, n. 103. In subsidium tamen non ambigitur quin mater filios alere obstringatur, Andr. contror. 155, n. 26, Auctor hic n. 63, Arias de Mef. var. resolut. 25, sub n. 20, lib. 2. ubi quod istud procedit maxime ad triennium. Leoncill. de privil. paup. 243, n. 1, et seq.

11 Legatum à debitore creditori factum in dubio compensandi animò censetur relictum in debito necessario, secus autem in voluntario: necessarium dicitur quod à lege provenit, voluntarium verò illud ad quod debitor ex propria voluntate se obligavit, et ad quod obligatione seclusa originaliter non tenebatur dixi post alios allegat. 54, nu. 14, lib. 3. Rota decis. 649, per totam part. 1, recent. duplicatè apud Cavaler. 318, ubi quod lucrum dotis à statuto Urbis habente conexam voluntatem contrahentium non compensatur cum legato tanquam voluntarium. Spad. Melius ad Castellum de Alimentis.

conf. 225, nu. 12, ubi quod nunquam legatum animo compensandi factum censetur, quando quid diversum legatur ab eo, quod debetur, et conf. 292, n. 4, et 4, ubi quod legatum non censetur factum compensandi animo quando debitum non provenit à lege, sed habet initium voluntarium, prout est istud, quod provenit ex contractu matrimonii, et consil. 348, nu. 1, et per totum, ubi pluribus modis limitat conclusionem, quod legatum non censetur factum animo compensandi cum debito voluntario lib. 3. Rota decisione 152, n. 19, part. 9, tom. 1, recent. Hodiern. in l. hac edictali questione 19, n. 4, 9, et per totam, ubi an legatarius ne plus petere possit acceptando excludatur etiam si legatum sit minus debito.

Necessarium quoque debitum ad effectum compensandi lucrum dotis ex statuto debitum cum legato. Cavaler. decis. 168, n. 4, et admittunt mox citati Doctores sicuti è converso debitum ex contractu proveniens uti dicebamus voluntarium dicitur, quicquid in oppositum innuere videantur Marefcot. var. resol. 86, n. 6, lib. 2. Auctor hic numero 81. Reliqua in hoc §. spectantia ad materiam majoratus uti per Auctorem exactissime digesta opportunum duximus non attingere, sed qualiter, et à quo tempore contravenientes menti Testatoris in fructus plectantur pro illorum juridica restitutione.

A die litis contestate duntaxat fructus etiam in actione fideicommissaria majoratus, aut primogenituræ propter obitum alicujus sine filiis intentata regulariter debentur, ut dicebam alleg. 104, nu. 29, et alleg. 124, n. 64, lib. 3, Cyriac. contror. 205, n. 230, Buratt. decis. 678, n. 1, Jo. Anton. ab Ecclesia observ. 189, n. 9, Censal. decis. Lucen. 80, nu. 40, Merlin. decis. 113, nu. 5, et decis. 330, n. 2, et per totam, ubi quod debeantur à die litis motæ per fideicommissarium etiam non petiti, et in alio judicio peti possunt, et decis. 366, n. 6, et seq. et decis. 482, n. 1, et decisione 585, n. 1, et 2, et decisione 663, à n. 1, ad 6, Andr. Censal. decis. Lucen. 80, n. 40, Fontanell. decis. 492, n. 11, Vivius decis. 262, numero 26, et seq. Cost. de rat. quest. 192, nu. 2, et per totam. Rota decis. 86, n. 3, et decis. 139, n. 1, et seq. et decisione 264, n. 26, part. 8, et decis. 73, n. 7, part. 9, tomo 1, et decis. 455, n. 1, et 6, part. 9, tomo 2, recent.

15 In nihilo resistente quod in casu contravenientis adversus prohibitiones divisionis, aut distractus contravenientes ipso jure privatos fideicommissio Testator esse voluerit, ut latissime proseguitur Bardellon. consilio 25, numero 43, seq. ac per totum.

16 Cæterum quod ubi Testator privationem contra alienantes et dividentes ipso jure injunxit fructibus à die contravenientis debeantur fideicommissario concludunt Bartol. in l. in fideicommissaria 18, ff. ad Trebell. Surd. decis. 25, n. 19, et seq. et n. 32, ubi reprobatur Cephal. consilio 50, et alios contrarium tenentes, Marr. conf. 113, n. 14, et sub n. 16, vers. Quomobrem cæteris. Mantie. de conject. ultim. volunt. lib. 7, tit. 10, n. 30, et 31, ubi reprobatur Cephal. consil. 50, aliter sentientem, et in eo quod requirat interpellationem, saltem extra judicium, quinimò hanc partem tueretur idè Cephal. consilio 215, nu. 50, et sequent. Marefcot. variar. resolution. capite 112, nu. 45, et sequent. lib. 2, ubi testatur de communi contra Cephal. dicto consil. 50, quatenus interpellationem ad minus extrajudicialem requirit. Peregr. de fidec. art. 49.